



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 4. Borromæus relicta Aula Romana Mediolani in sua Diæcesi
commorans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

inera-
unta-
ricalis
cen-
utili-
onnii
e in-
aqua-
m ab
Ec.
z Re-
terio
per
raca-
iffet;
au-
ecesi
Ec.
nen,
sed
Pa-
qui
fa-
nti-
ere-
esul
dul-
ret,
am-
ori-
em
lio
am-

tam salutari mox aquiescens Cardinalis Sæcul. XVI.
ad suum, quem pro Diœcesis regimine A.C 1565.
habebat, Vicarium Generalem perscri-
bens, eidem Episcopum Suffraganeum
Hieronymum Ferragaram submisit, ut
Diœcesin lustraret: alterum vero Vi-
carium constituit Nicolaum Ormanet-
tum Veronensis Diœcesis Parochum,
cujus probitatem, prudentiam, atque
ingentem juvenes scientiis Ecclesiasticis
imbuendi dexteritatem sibi sat perspe-
ctam habebat.

§. IV.

Borromæus relicta Aula Romana Mediolani in sua Diœcesi commorans.

Ormanettus alteram Mediolanensis Raynald.
Diœcesis partem lustrans Synodum hoc ann. n. 21.
celebrabat, cui mille ducenti Ecclesia-
stici intererant, quorum opera tandem
ingens Reformationis opus inchoaba-
tur; cum autem Ormanettus novas in-
dies difficultates succrescere cerneret,
petita a Cardinale redeundi venia ei-
dem exposuit, quod absque proprii
Pastoris præsentia haud amplius hanc
Ecclesiam rite regere posset. Ad hu-
jus monita mox Carolus denuo Papam
rogabat, ut ipsi in sua diœcesi remanendi
copiam dare vellet, tandem etiam id

Bb 2

ab

Sæcul. XVI. ab eodem obtinuit, ut ibidem Syno-
A.C. 1565 dum Provinciale celebraturus abire
 posset. Ergo Borromæus die prima
 Septembris anno Incarnationis Domi-
 nicæ millesimo quingentesimo sexagel-
 mo quinto Roma discessit, comitanti-
 bus eum Præfulum quamplurimis, aliis
 que selectioribus Ecclesiasticis: quam-
 primum autem Mediolanum venerat,
 mox celebriores Theologos, jurisque
 Canonici peritos accersebat.

§. V.

Concilium Provinciale Mediolani ab eo convocatum.

Post suum adventum Carolus primas
 eo curas intendebat, ut Provinciale
 Concilium, quod eo regnante primum
 erat, Mediolani celebraret: igitur hac
 de re præprimis cum Provinciae suæ
 Episcopis, qui jamjam Mediolanum ve-
 nerant, agere cœperat, iisque argu-
 menta distribuebat, ut rebus mature
 perpenfis postea desuper decreta confici
 possent. Intererat huic Concilio nu-
 per electus Cardinalis Guido Ferrerius,
 qui in hac ipsa Synodo a sancto Carolo
 Borromæo rubrum galerum Pontificis
 nomine acceperat: insuper ibi conve-
 nere ex Episcopis Hieronymus Vida
 Albensis, Mauritius Petra Viglebanen-
 sis, Cæsar Gambara Tortonensis, Sci-
 pio

